



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 43. Parisinæ Facultatis & Parlamenti indignatio contra Tolonensis
Episcopi declarationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII. pore alius ex eorum officina prodit
 A. C. 1716. Liber 160. paginis constans, qui hunc
 titulum habuit: *Epistola cujusdam Theologi ad Episcopum circa hanc magni momenti quæstionem, an Jesuitas pro concionibus & confessionibus approbare permisum sit.* Posterior hæc Epistola Montepessulano Episcopo tam solide scripta videbatur, ut suæ Diæcesis Jesuitas omnes interdicto subjiceret, quo cognito Episcoporum non pauci Parisinos Jesuitas accessere, eorum vicem dolentes, & brevi pristini splendoris reparationem spondentes: quapropter mordaci admodum sarcasmo mox nonnulli hos Præsules impetebant, dicentes, *his Præsulibus firmiorem esse fidem in resurrectionem Jesuitarum, quam in resurrectionem mortuorum.* Insuper Pariliense Parlamentum die quarta Aprilis libellum, qui Tellerieo adscribebatur, tanquam seditiosum suo decreto suppressit.

§. XLIII.

Parisiensium Facultatis & Parlamenti indignatio contra Tolonensis Episcopi declarationem.

*Dorsette
 Journal
 pag. 263.*

Vix verbis exprimi valet, quam impotenti ira Parisienses quidam Doctores contra Tolonensis Episcopi declarationem, cujus jam supra mentionem

nem ingessimus, debacchati fuerint: **Sæc. XVIII.**
 Hanc præfatus Præsul die decima quarta **A. C. 1716.**
 Martii publicam reddiderat, mox au-
 tem Sorbonæ Doctores suæ Facultatis
 auctoritatem graviter læsam rati, cum
 ad ejus exemplum alios quoque Epi-
 scopos ejusmodi decreta edidisse cer-
 nerent, iras & minas in Tolonensem
 effundere cæperunt: præprimis ergo
 Facultatis Syndicus die prima Aprilis
 contra hanc declarationem vehemen-
 tissime declamabat, mox autem Epi-
 scopus die decima quinta ejusdem Men-
 sis publico scripto contra Syndici ser-
 monem typis impressum questus, illum
 tanquam falsum, temerarium, Eccle-
 siæ, Episcopis, totique Episcoporum
 Ordini injuriosum, hæreticum &c. dam-
 navit: Divulgato hoc Episcopi decreto
 Cardinalis Noaillius, & Matthæus
 d'Herveau Tournonensis Archiepiscopus,
 se coram omnibus tanquam hæreticos
 notari, apud Regni Regentem die sexta
 Maij querebantur, petentes, ut hujus
 Episcopi decretum in suis Diæcesibus
 damnare permetterentur. Ut vero Au-
 relianensis Dux novas turbas inde ori-
 turas præverteret, Parlamento pe-
 tenti indulgit, ut tam Episcopi decla-
 rationem, quam libellum seu *Epistolam*
Episcopi ad Episcopum publico decreto
 prescribere valeret: Hoc die undecima

Temoign.
de l'Univ.
de Paris
pag. 326.

Sæc. XVIII. Maij impetrato tripudiabant refractari
 A. C. 1716. Sorbonæ Doctores, Rohanius vero Car-
 dinalis quosdam convocavit Episcopos
 ut, quid contra probrosum hoc Parla-
 menti decretum sit decernendum, cum
 eis deliberarent: verum sana quæcun-
 que consilia prosperi successus spe deli-
 tuebantur ob tumultuantium Doctorum
 petulantiam; cum enim hi Archiepisco-
 pum Rhemensem die vigesima octava
 Maij a Parisiensi Parlamento impune
 dignis prorsus modis vexari, Aptensi
 Episcopi literas Pastorales, & Grassie-
 sis censuram contra Hexaplorum librum
 proscribi cernerent, inde animosiores
 facti, præprimis Magistri Le Roux pro-
 positionem de amore Dei damnarunt,
 eumque e suo gremio excluderunt, ut
 infra recensebimus, postea in comitijs
 die vigesima secunda habitis Tolonen-
 sis Episcopi declarationem impetere ag-
 gressi sunt. Hanc in rem Joannes Ga-
 briel Petit de Montempuis Sorbonæ
 Rector sequentem hanc habuit ora-
 tionem.

„Dum præclaro insignium omni ge-
 „nere Doctrinæ Magistrorum conspectu
 „fruo, in hisce generalibus Principibus
 „Academix Comitibus, Decani sapientis-
 „sissimi, Procuratores ornatissimi, Pro-
 „ceres Academici, utinam liceret pro-
 „meo in vos affectu suum unicuique
 „Ordin-

„Ordini laudis vectigal persolvere ob Sæc. XVIII.
 „egregia, quibus tam utiliter laborem A. C. 1716.
 „impendit studia: sed heu? aliorum in-
 „vitus transferor & abripior. Angit
 „quippe animum incredibilis dolor ex
 „congestis nuper in sacram Theologiæ
 „Facultatem, imo in scholam univer-
 „sam nostram acerbissimis injuriis, gra-
 „vissimisque criminationibus. Nec vero
 „id probri genus ejusmodi est, quod
 „patienter & cum silentio discipulos
 „ferre jubet Christi Domini, qui quasi
 „Agnus usque ad mortem obmutuit, placa-
 „bilitas & lex plena mansuetudinis.
 „Nolo, inquit sanctus Hieronymus, in
 „suspensione hæreseos quemquam esse patien- Ep. 61. ad
 „tem, ne apud eos, qui ignorant innocentiam Pam.
 „ejus, dissimulatio Conscientia judicetur, si
 „taceat, Neque ista jam maledicta disse-
 „minantur veterum illorum Acade-
 „miæ nostræ inimicorum nomine, qui
 „unice amantes seipsos, quum omnia
 „palam ad suum commodum referant,
 „nihilque non postponant privatis affe-
 „ctibus, omnem jam dudum seu in
 „laudando, seu in vituperando amise-
 „runt apud probos auctoritatem, sed
 „aperte atque in ore & oculis universæ
 „Ecclesiæ, de fide, qua sumus Christiani,
 „nec non de eo quod in ipsa primum ac
 „præcipuum est. criminatur sacrum
 „Theologorum Parisiensium ordinem
 N 5 „unus

Sæc. XVIII., unus inter eos, quos *Deus dedit spes*
 A. C. 1716 *latores domui Israel.*

„Intelligitis proculdubio, viri Aca
 „demici, loqui me de recente illa To
 „lonensis Episcopi ad Clerum suæ Dis
 „cessis *declaratione*; quæ quoniam ad
 „teram tota exscripta est ex infami illi
 „Episcopi supposititii ad Episcopos
 „Epistola, qua tanquam Seditiois
 „discordiæ buccina classicum late pe
 „Galias concinitur, merito possim
 „ipsam auctori potius seditiosi illius
 „belli attribuere, quam Tolonensi Ep
 „scopo, qui, ut nuperis hisce tempo
 „ribus non semel in usu fuit, nome
 „illi suum modo & sigillum adcommis
 „dasse censendus est.,

„Rogo autem vos Viri quotquot hi
 „adesis Academici, si parumper vo
 „tangat honos curaque sociorum Theo
 „logorum Parisiensium, una mecum
 „penditote & diligenter attendite qu
 „pronuntiata exhibeat contumeliosus
 „illud Mandatum, cui exoptat larv
 „tus & furens ejus fabricator, ut cog
 „sentiant omnes Gallici Episcopi, ac
 „que ut idem de compacto promissu
 „gent.,

Primum est: *Non sine summo Eccle
 sia Scandalo occurrunt Facultates quædam
 Theologicae, imbutæ hac opinione, pro
 se esse respuere decreta summorum Pontifi
 cum*

cum, tum a Collegio ceterorum Episcopo- Sæc. XVIII.
rum suscepta & probata, tum etiam au- A. C. 1716.
thoritate Principum suffulta.

„Deinde subjungitur: in tam prava
dogmata delapsas dicendum est scholas om-
„nes, quæ Constitutioni (*Unigenitus*) se
„non subjiciunt. Hic autem Sorbonam
„nominatim citat Epistola illa, quæ vice
„Commentarii Mandatum illustrat.
„Postremo: ad sacros Ordines Clerique
hones & munera aditu omni ii interdi-
„cuntur, qui in ejusmodi scholis studuerint,
nisi ubi illæ rite fuerint a Doctrinis per-
„purgatæ, quas Auctor Epistolæ & Man-
„dati periculosas & pestíferas sibi fingit
„& vocat. „

„In istis pronuntiatis frustra quæ-
„rat quis easdem causas, easdemque
„leges præcipiendi, quibus, quo Do-
„ctrina cautior esset, moresque san-
„ctissime conformarentur, Apostoli pri-
„mum, tum SS. Patres ad quidpiam
„in Ecclesia constituendum animum
„adjunxerunt, hoc est, veritatem, æ-
„quitatem, Pacem, accuratamque re-
„rum considerationem ac normam cir-
„cumspecti & verecundi judicii. „

„Atque ut ab eo capite, quod præ-
„cipuum est, initium ducam, audacter
„adseveratur Constitutionem, quæ in-
„cipit: *Unigenitus* communi Episcopo-
„rum consensu & conspiratione susceptam
„fuisse

Sæc. XVIII., „fuisse & approbatam. Cujusmodi

A. C. 1716., „profecto consensus dum tam confide

„ter sit mentio, quis non existimare

„aut universæ Ecclesiæ fuisse convocatum

„atum Concilium, in quo de decre

„illo suis ponderibus examinando

„latum sit, quemadmodum expensa

„olim est Synodica sancti Leonis

„Concilio Epistola Calchedonen

„missam illam Bullam in singulis

„Orbis Catholici partes fuisse, & o

„acta ubique singularum gentium

„modo, de ea fuisse cujusque Ecclesiæ

„judicio rite & legitime statutum; illud

„denique sua luce & evidentia ac simplici

„& obvia ratione veritatis, universis

„statim fidelium suffragia rapuisse, hanc

„est, ut ipsis sancti Leonis verbis utatur

*Ep. 77. ad
Ep. Gall.*

Admittentibus per auxilium gratiæ Dei

solum Sacerdotibus Christi, sed etiam

Principibus & Potestatibus Christianis, cum

que Clericis, plebibus, ordinibus, plene

que evidenter apparuisse, hanc esse

Apostolicam & Catholicam fidem, ex

vincæ pietatis fonte manantem, & sinceram

& ab omni fece erroris alienam.

„Vestram imploro fidem, pro

„res Academici, vestram, quotquot

„estis, obtestor memoriam, an ita

„res habuerit. Meministis adhuc de

„bio procul (equis enim unquam potest

„rit tam luctuosi temporis oblivisci

„Meministis, quos hæc constitutio mo- Sæc. XVIII.
„tus, statim atque prodiit in lucem, A. C. 1716.
„per Galliam universam concitarit; quis
„fuerit sensus, quis stupor, quæ com-
„ploratio singulorum hujus Urbis &
„Regni ordinum; quis mæror & gemi-
„tus omnium bonorum, *Et digne Deo*
ambulantium, quas dubitationes, hæsi-
„tationes, anxietates passa fuerit il-
„lorum perplurium religio, qui non
„ita pridem a pravis Calvinianæ hæ-
„resis dogmatibus feliciter reducti sunt,
„quis autem triumphus, & quam a-
„cerba irrisio eorum fuerit, quos fra-
„tres olim nostros, ab Ecclesiæ Matris
„sinu avellit hæresis: Non sum ambi-
„tiosus in malis, nec augere causam
„lacrimarum cupio; atque utinam ef-
„set ratio minuendi; quæ hic a me com-
„memorantur de illo animorum æstu, &
„publica lamentatione fidelium, toti
„palam Ecclesiæ declarata sunt ab Epi-
„scopis fide dignissimis, in ea præser-
„tim Epistola, quam communi sigillo
„subsignatam ad Pontificem summum
„scripserunt, missamque voluerunt: qui
„potuisset igitur fieri, ut mutatis de
„repente animis, ipsa illa Constitutio
„universis esset, ut palam asserunt,
„Ecclesiæ suffragiis pure, & simplici-
„ter comprobata: Nondum compertum
„est, num ea vel nomine tenus cognita
„sit

Sæc. XVIII. „sit longinquis in partibus in propioribus
 A. C. 1716. „vero, quam hactenus sit experta for
 „tunam quis nostrum ignorat? in Re
 „gnis & ditionibus plerisque vel pro
 „fus non suscepta ea est, ut in Poloni
 „in Pedemontio, in Sabaudia, in Sic
 „lia, in Hungaria, apud Venetos, n
 „paucis in locis unus tantum & alie
 „ei suffragatus est Episcopus. Qu
 „autem Constitutioni prodesse pote
 „quod vulgata ea fuerit forte ab inq
 „sitionum præfectis, qui hoc nom
 „constituti tantum a Romano Pontifi
 „ad animadvertendum in viros forte
 „non autem *positi a Spiritus sancto reg*
 „*Ecclesiam Dei*, nullam prorsus habent
 „decidenda negotia auctoritatem.

„In Gallia & in hac ipsa civitate
 „quid actum sit, qui possunt, nisi m
 „bis oculos eruant, ullis simulation
 „involucris obtegere? Comitia inter
 „habuerunt, quotquot ad Constitutione
 „excipiendam paratiores congregari po
 „tuerunt Episcopi, iique non a Pro
 „vinciis suis delegati, non in Synod
 „confidentes: sed vel ii ipsi, quum di
 „inter se dissentientes, dissoni ac di
 „scordes sententiam suam alii aliter
 „ostendissent, omnes tandem de ea
 „consenserunt, Constitutionem non
 „ante pro acceptata habendam esse
 „quam si interpretatio ei multiplex ad
 „ju

„jungeretur, hanc vero explicationem Sæc. XVIII.
 „plerique Pastoralis uno documento pro- A. C. 1716.
 „posuerunt, quod an a Romano Pon-
 „tificis visum sit unquam ipsique pro-
 „batum, a nemine auditum est. Cæ-
 „teri, Duce Eminentissimo Cardinali
 „Noaillio, quem honoris causa nomi-
 „no, minime contenti iis interpretatio-
 „nibus, quas alii quadraginta Episcopi
 „adoptarant, confugiendum ad ipsum
 „summum Pontificem censuerunt, ut
 „ipse, qui unus poterat, querelis fide-
 „lium satisfaceret, & ortum inter fi-
 „deles scandalum tolleret, jam vero
 „qui in Provinciis erant, Episcopi di-
 „versimode Constitutionem interpretan-
 „tes, diversa Mandata & diversas Epi-
 „stolas Pastorales emisissent, quia e-
 „tiam Episcopi nonnulli vel diuturno
 „silentio, quod hucusque constanter
 „servaverunt, vel etiam scriptis ac aper-
 „tis sermonibus satis clare testantur,
 „hanc sibi plane rejiciendam videri. „
 „Multa hic Orationis angustia negli-
 „gere ac prætermittere cogor; sed mihi
 „nefas sit præterire Augustissimi Sena-
 „tus Parisiensis sedulam egregiamque
 „operam: Quamdiu re ipsa non minus,
 „quam verbis propugnabuntur quatuor
 „Cleri Gallicani, & nostri sex a Facul-
 „tate Theologica jam ante ad tuendas
 „Ecclesiæ libertates conditi Articuli;
 „quam-

Sæc. XVIII. „quamdiu sua Regibus, sua etiam Ep
 A. C. 1716. „scopis manebit, quam a solo Deo ha
 „bent, potestas, quamdiu in memori
 „& laude hominum erit tam singulari
 „& inaudita animi firmitas, & con
 „stantia, qua intrepide ipse obstitit illi
 „Declarationi, quam sub Regii nominis
 „& Pontificiæ auctoritatis obtentu
 „Regni & Religionis hostes ad bono
 „rum perniciem everfionemque omnia
 „ab ipso Christo datæ, & dispersæ
 „potentiæ concinnarant. „

„Obtestor vos iterum, Procera
 „Academici, an in tam discrepantibus
 „Episcoporum sententiis, in tanta di
 „versitate Mandatorum, quæ privata
 „suo iudicio & inconsulto Clero em
 „serunt, in tam publicis singulorum
 „Ordinum obmurmurationibus, in to
 „querelis complurium Universitatum
 „agnoscatur in gratiam Constitutionis
 „illa sacrosancta Ecclesiæ vox & aucto
 „ritas, cui singuli non solum fideles
 „sed Doctores & Pastores & Episcopi
 „subjicere prorsus animum debeant ?

„Desinant igitur discordiæ buccina
 „tores, qui subdole transfigurant se
 „Apostolos Christi, suis tot libellis
 „procacibus, tot formis Mandatorum
 „Pastoralium erroris & Calumniæ ple
 „nis, invidiæ flammam concitare ad
 „versus eos omnes seu Episcopos seu
 „Magi

„Magistratus, seu Theologos, qui Con-
 „stitutionem *Unigenitus* non accipiunt. Sæc. XVIII.
A. C. 1716.
 „Desinant contra nos, nam in hac
 „caussa unum atque idem quod sacra
 „Facultas, sentimus omnes, quotquot
 „Academicum vere hausimus spiritum;
 „desinant contra nos communem ac
 „certum ac minime dubium in ea Con-
 „stitutione amplectenda Ecclesiæ consen-
 „sum obtrudere; nec audeant am-
 „plius impudenter calumniari Parisienses
 „Theologos, quasi adversus sanctam
 „Sedem Apostolicam, imo contra Ec-
 „clesiam ipsam essent rebelles. „

„Hoc enim vobis, sapientissimi Theo-
 „logiæ Magistri, crimen demum im-
 „ponunt, ex quo nuperrimis hisce de-
 „cretis, quorum fama jam totum Or-
 „bem Christianum pervagata est, quid
 „de præsentibus Negotiis vester Ordo
 „vere sentiret, quam libera; tam con-
 „stanti sententiarum unanimitate decla-
 „ravistis. Declarastis autem nunquam
 „acceptam a vobis fuisse Constitutio-
 „nem *Unigenitus*, ut morum ac fidei
 „Regulam; nunquam illam vestris fuisse
 „suffragiis comprobata. „

„Censueratis enimvero tantum, plu-
 „ribus suffragiis, idque non post ullam
 „de rebus in ea Constitutione præscri-
 „ptis & interdictis deliberationem, non
 „sponte, nec proprio voluntatis im-
 „pulsu,

Hist. Eccles. Tom. LXIX.

O

„pulsu,

Sæc. XVIII. „pulsu, aut libera propensione animo
 A. C. 1716. „rum, si vera fateri licet, sed me
 „ac terrore, imprimis autem singula
 „reverentia Regiæ Majestatis, cui
 „vobis minax imperium obtendebatur
 „censueratis, inquam, multis licet
 „ter vos huic in Commentarios in
 „ptioni plane renitentibus, commea
 „tariis illam vestris inscribi oportet
 „unacum Regiis literis id jubentibus
 „quidquid autem his amplius vobis
 „tributum est famosa illa diei quinq
 „Martii Anno 1714. conclusione,
 „fictæ & fallaciter fuisse sacro ve
 „Ordini attributum communi suffrag
 „tione nuper pronuntiavistis. Hoc
 „vestrum scelus est, sapientissimi The
 „logiæ Magistri, atrocissimis quibus
 „bet pœnis nunquam satis eluendur
 „Inde iræ in vos, inde odium acerbu
 „aut, ut verius dicam vefanus fur
 „exarsit veterum Ordinis vestri,
 „nostræ totius Academiæ inimicorum
 „qui hac vestra unanimi & conspirant
 „animorum concordia vident omne
 „suos conatus tantis laboribus, tant
 „molitionum adparatu pene ad exitu
 „perductos, uno statim momento pe
 „sumdari, spemque omnem opprimen
 „dæ veritatis, & superstruendi eju
 „ruinis monstrosas suas opiniones, ab
 „xam derepente & irritam evanescere
 „Ho

„Hominum ejusmodi Artibus & dolis Sæc. XVIII.
 „inducti Episcopi quidam sacro Theo- A. C. 1716.
 „logiæ Parisiensis Ordini, non veren-
 „tur palam hæreseos, & schismatis
 „notam inurere; arcere ab illius aditu;
 „& gradibus suos Clericos, eisquæ
 „scholas nostras penitus interdicere, tan-
 „quam corruptæ Doctrinæ perniciosos
 „fontes, unde pro salubri veritatis po-
 „culo pestiferum erroris & Mendacii
 „venenum hauriant. Itaque, si voti sit
 „compos sævus textor formulæ Man-
 „dati, quæ in Diæcesi Tolonenſi vulgata
 „est, ab Episcopis Galliæ singulis peri-
 „bunt modo nobis & nomen Magistri
 „& omnes gradus, nulli ad scholas
 „nostras convolabunt discipuli, vacuaquæ
 „tum auditoribus tum Magistris Aca-
 „demia nostra corruet aut invadetur:
 „denique ad extremum sine scholis pu-
 „blicas Urbs Princeps Regni florentif-
 „simi, sine Theologicæ Sapientiæ Pro-
 „fessoribus ex adversariorum nostrorum
 „sententia, Regnum & Ecclesia, Gal-
 „liæ deteriore profecto statu, manebunt.
 „O Regiæ Auctoritatis, Ordinis Regni,
 „tranquillitatis Publicæ & æquitatis
 „confusionem. „

„Verum enim vero quis nescit, quanta
 „fuerit hæctenus apud omnes Scholæ
 „Parisienſis auctoritas, quantaque fa-
 „mæ celebritas? vere magis quam

Sæc. XVIII. „jactanter dicam nullam Academiam
A. C. 1716. „tamdiu floruisse, nullam tot fuisse co-

„natam titulis, auctam præmiis
„privilegiis, cumulatam honoribus
„quam ipsam illam, cui infamia nun-
„infertur. Ejus prima in Regio Palati-
„fuit Sedes; nomen, studiorum Univer-
„tas, cognomen prior Regis filia, quia
„ait unus ex juris interpretibus, *pro*
ei nata est, & primo fidem ac Regis hono-
rem tuetur: Addo jura Academix
„stræ esse eadem, quæ Regiæ stir-
„sunt, quum Regem ut Patrem,
„res polcit, adeat, nec petita quide-
„venia, pro veste Regiam purpura
„habet; pro sigillo, lilia. Quid al-
„plius? officii ejus partes sunt cu-
„Gallicæ juventutis, hujusque ad
„tutes, ad literas, ad res divinas
„humanas institutio.

*Rebus. in
pro Conc.*

„Quot olim existimationis & be-
„volentix testimoniis decorarunt
„Reges, Principes exteri, Episcopi
„Romani Pontifices, & ut majus
„quid addam, suprema ipsa Concilia
„A sæculis prope novem, ex quo Aca-
„demix nostræ primordia splendescere
„cæperunt, si qua res ad fidem Chri-
„stianam vel mores pertinens difficilis
„occurreret, si qua devitanda pericu-
„losa Novitas; si alienum aliquod
„Catholica veritate dogma detege-

„dum, arguendum, confutandum esset, **Sec. XVIII.**
 „rogare soliti erant non Reges modo, **A. C. 1716.**
 „qui rerum in Gallia potiebantur, sed
 „Romani etiam Pontifices sententiam
 „& operam Universitatis Parisiensis. Quid
 „quod selecti sæpe numero nostris e
 „Scholis Magistri, aut ad Synodos gen-
 „tis nostræ, aut ad generales, Lugdu-
 „nensem, verbi gratia, & Constantien-
 „sem missi sunt, iique ceteris omni-
 „bus, ad tuenda & fidei dogmata &
 „Galliæ nostræ jura, ac libertates Do-
 „ctrinæ facem & constantiæ exemplum
 „prætulerunt? „

„Nec minus acres Ecclesia experta
 „est Academicos viros nuperis tempo-
 „ribus orthodoxæ fidei custodes & vin-
 „dices. Testem hic appello publicam
 „fidem, an qui infamantur Theologi
 „Parisenses, an ii, qui schismatis &
 „nefandi erroris invidioso crimine eos
 „arcessunt, inciderint, *in falsi nominis*
scientiam, & profanas vocum Novitates,
utri Christum cum Belial consociant?
utri partes faciunt fideli cum infidele, &
templo Dei consensum paciscuntur cum Ido-
lis? utri pro charitate, quæ spiritus est ad-
optionis filiorum, servilem substituunt me-
tum, in quo non clamatur, Abba Pater?

„Utri etiam Christi Domini gratiam
 „ita extenuant, ut tota elangueat
 „ac fere evanescat? utri tandem &

O 3

„disci-

Sæc. XVIII. „disciplinam Ecclesiasticam, & eam
 A. C. 1716. „Theologiæ partem, quæ circa mores
 „veritur, funditus evertunt, vitiant,
 „corrumpunt? Plura non dico, ne diu
 „tius vos teneam, satis mihi est, quod
 „sedula & diligenti veri investigatione
 „mihi tandem liceat ab omni labe
 „culpa immunem intelligere, ac testari
 „rationem, quam in explorando com-
 „mentarios suos, sensaque & decreta
 „sua vera ab adulternis & commea-
 „titiis distinguendo secuti sunt Acade-
 „miæ nostræ Theologi. „

„Jam vero quod ad has vestri causæ
 „curas descenderimus, charissimi Theo-
 „logi, nemo, opinor, mirabitur. In-
 „ducti fuimus tum Rectoratus nobis
 „munere, ad quod pertinet providere
 „nec quid detrimenti studium Theologi-
 „cum accipiat, ac quoquo modo de-
 „pereat; tum grato & memori animo
 „erga sacrum Ordinem, cujus in Scho-
 „lis eruditi sumus, necnon honoribus or-
 „nati; ipso demum exemplo Senatuum
 „utriusque Parisiensis & Aquensis, qui
 „grave simul & præconium & testifi-
 „cationem impertiti vobis sunt ad verum
 „nominis vestri violatores, qui alienam
 „famam probris lædere pro nihilo ha-
 „bere videntur, ne dicam pro delecta-
 „mento. „

Sæc. XVIII.
A. C. 1716.

„Sub umbra Augustissimi Senatus
 „Parisiensis, unde pendet legum custo-
 „dia, tranquillitas Regni, populorum
 „salus, Regum securitas, nostra quo-
 „que jura, nostri honores, nostra stu-
 „dia conquiescunt, illius exemplo &
 „auctoritate subfulta Academia nostra
 „semper constantissime retinuit Majo-
 „rum suorum de juribus Regni & liber-
 „tatibus Ecclesiæ Gallicanæ Doctrinam,
 „& pro ea tanquam patrimonii pro-
 „pugnatrix, fidelem operam curamque
 „maximam quovis tempore, ut etiam-
 „num, impendit. Adhuc fere per-
 „sonant hæc pulpita disertissimis voci-
 „bus Procuratoris Catholici (Harlæi)
 „quum abhinc aliquot annis, in hoc
 „eodem loco Universitatem adhortare-
 „tur, ut secum ipsi quoque nos ad su-
 „preum Concilium appellarem, so-
 „litum nec inefficax Senatus & Acade-
 „miæ Parisiensis perfugium contra Ro-
 „manæ Curix injustos conatus. „

1682.

„Quid jam superest, sapientissimi
 „Decani, procuratores ornatissimi, Pro-
 „ceres Academici, nisi ut, qui finis est
 „solemnis hujus supplicationis, Deum
 „optimum maximum ferventibus votis
 „oremus, ut Ecclesiæ pacem, tranquil-
 „litatem ac concordiam restituat; ut
 „tenerum Regem futuræ nostræ felici-
 „tatis spem & pignus, Regiis Christia-

O 4

„nis-

Sæc. XVIII. „nisque imbuat virtutibus, & ad
 A. C. 1716. „duam imperandi artem, Regum
 „arbiter & exemplar, instituat. De
 „nique ut Regiæ profapiæ Principes
 „omnes efficaci præsidio tueatur; in
 „primis vero serenissimum Aurelianen-
 „sum Ducem Gallici imperii Rege-
 „tem, a quo tanta nos Academici
 „jam accepimus, & in futurum ex-
 „pectamus beneficia. „

§. XLIV.

*Iusta Archiepiscopi Rhemensis in-
 gnatio contra hanc Rectoris
 declamationem.*

Adversus hanc Rectoris orationem
 Archiepiscopus Rhemensis die qua-
 ta Octobris vehementer insurgens, ma-
 datum typis edidit, in quo acerrima
 reprehensione hunc declamatorem ce-
 stigans, inter alia dixit: „In quodam
 „sermone Academico in facie ipsius
 „Parlamenti, quod Regias literas de
 „Constitutione tabulis inseruit, Vir Ec-
 „clesiasticus audet dicere: quod hæc
 „Constitutio fuerit, argumentum mærorum
 „& gemitus bonorum omnium, scandalum
 „inter fideles, animorum æstus, publica la-
 „mentatio fidelium, & quod ad eam retri-
 „piendam paratiores fuerint congregati Epi-
 „scopi . . . Hic idem magis in Scholæ
 „rebus